



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De dente eiusdem qui est apud nos, & de virtutibus per eum factis, cap.
54.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

legitur fecisse in vita sua? CAESARIVS: Vt Dominus ostenderet sanctitatem non consistere in signis, sed in bona vita: post mortem enim signis claruit innumerabilibus & magnis. Prædicti verò ciues, reliquias sancti Ioannis timentes, retro altare fecerunt domunculam ex tabulis satis firmam, in cuius cacumine, noctibus sacerdotem dormire fecerunt; sub quo prima nocte sic domus conquassata est, vt non paruum ei horrorem incuteret: secunda verò nocte, dormiētē excussit, in pavementum illum projiciens: cūq; vnus ex potentibus de ciuitate infirmaretur, & Theodericus Ecclesiæ illius sacerdos ab illo rogatus, brachium in domum eius detulisset, ac denudasset, tam brachium quàm purpuram, cui fuerat inuolutum, reperit recenti sanguine infectum. Hæc mihi ore suo retulit. Sacerdos ab eodem brachio modicum carnis præcidens, cū illam in manu occultè deferreret, tantum sensit ardorem ex ea, ac si ignitum carbonem portaret. Multa siquidem signa ac sanitates per eadem reliquias in illa fiunt ciuitate meritis S. Ioannis Baptistæ.

CAPVT LIV.

EST apud nos dens molaris & magnus eiusdem Præcursoris, tria habens cornua, qui qualiter ad nos deuenit, & quid per illum apud nos operatus sit Dominus, tibi recitabo. Cū vastata fuisset ciuitas Constantinopolitana à cruce signatis, & diuersa diuersa diripuissent, Henricus miles de Vlme, inter reliquias pretiosissimas, etiam iam dictum dentem S. Ioannis tulit de ecclesia sanctæ Sophiæ; quem reparians in tantum dilexit, vt in castro suo oratorium edificaret, ibi eum condere volens in altari: quod ei germana eius, magistra in insula sancti Nicolai, propter affectum quem habuit, & habet erga domū nostrā, dissuasit, sed tunc persuadere non potuit: qui post breue tempus à Wenero de Bonlant captus, spe orationum nostrarum iussit eum nobis transmitti. Interim cuidam sororum, prædicti cœnobij, in somnis ostensum est, quod quā citò Deus veniret ad locum nostrum,

rum Henricum esse liberandū: q̄ ita factum intelle-
ximus. Nam Prior noster, per quem transmissus est, in
flumine Rheni illius beneficio maximum euasit peri-
culum. Henricus comes Seynensis, habens militē ho-
nestum, sed mente captum, cum eo ad nos venit, spe-
rans illum tum virtute reliquiarum, tum beneficio
orationum nostrarum posse sanari; qui dente sacra-
tissimo signatus & tactus, tam cœlestem virtutis eius
sensit effectum, vt vix ad iactum balistæ de monaste-
rio progrediens, se sanatū gratularetur. Est enim, vt su-
p̄ra dixi, magnus & fortis, & tanto magis ad curandas
infirmities validus, quanto minùs in masticandis ci-
bis delicatis est vsitatus. Hæc dicta sint de prophetis.
De Apostolis verò, qui ordinem propheticum sequū-
tur tempore, aliquas tibi subjungam visiones. APO-
LONIVS: Prius volo mihi exponi, quare à Christo Apo-
stoli sub duodenario numero sint electi, & quare A-
postoli vocati. CAESARIUS: Vtrumque non absque
magno sacramento factum est.

CAPVT LV.

Sicut dicunt Euangelia, Christus ascendēs in mō-
stem, vocauit ad se quos voluit, quos & Apostolos
nominauit: Apostolus interpretatur missus, teste
Christo, qui ait: Non est Apostolus major eo, qui mi-
sit illum. Bene autem duodecim sunt vocati, qui alijs
mysteria fidei prædicarent, quia duodenarius nume-
rus constat ex quater tribus, vel ex ter quater. Ad hoc
ergo duodecim sunt electi, vt per quatuor partes mū-
di missi, fidem sanctæ Trinitatis omnibus nunciarēt,
& credentes ad vnam gloriam æternæ beatitudinis
conuocarent. Duodecim Apostoli, duodecim sunt si-
gna cœli, duodecim menses anni, duodecim horæ diei,
duodecim stellæ in corona sp̄sæ. Christus verò cœlū
est, ann⁹ æternitatis est, lux est, corona sanctorū est. A-
postoli xij. sunt filij Iacob, id est, Christi; duodecim fō-
tes deserti, duodecim lapides in veste p̄tificiali, duo-
decim panes propositionis; duodecim lapides alta-
ris, duodecim lapides de Iordane sublati, duodecim
boues sub eneo mari, duodecim fundamenta cœlestis
Hieru-

*Apostoli
cur sic de-
cti, &
duode-
cim sint
electi.*

*Luca 6.
Ioan. 13.*

*Apoc. 12.
Gen. 35.
Exod. 15
28.*

*Leui. 24.
Iosue 4.
Exod. 24
3. Reg. 7.
Apoc. 21.*

Hieru-